



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 61. Cujusdam Carmelitæ Sententia de hoc articulo prorsus omittendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

communi, cum rationis usu destituantur. Alii protulerunt insuper ad id illa Christi Domini verba apud Divum Lucam cap. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*: quibus agebant significari, quod in eo, qui hujusmodi Sacramentum suscipit, necessaria sit memoria Christi patientis, quæ memoria in infantibus locum non habet: porro oppositæ D. Dionysii, & Cypriani auctoritati quidam respondebant, dicentes, in Ecclesia primæva quidem hoc Sacramentum infantibus fuisse administratum, sed non nisi ad delendum idololatrarum ritum, qui idolotheta ipsis dabant. Tandem senserunt alii, tunc infantibus Eucharistiam fuisse traditam, ut munirentur adversus veneficia, & ne a malis Spiritibus invaderentur; cum autem hæ rationes hodièdum non amplius subsisterent, hinc inferebant, quod Synodus præsentem usum esse servandum, statuere valeat.

§. LXI.

*Cujusdam Carmelitæ sententia de hoc articulo prorsus omittendo.*

Hanc in rem Frater Desiderius Panormitanus Ordinis Carmelitani alumnus sic inquebat: „censeo, articulum „hunc postremum esse omittendum, „cum enim a nostri sæculi Protestantibus

Sarpus  
pag. 509.

*Hist. Ecclæs. Tom. XLV.*

1

id



**Sæc. XVI.**  
**A.C. 1562**

**Joan. 6.**  
**v. 54.**

**Ibid. 3. v. 5.**

„id in quæstionem vocatum non fuerit  
 „hinc non videtur tempestivum, ejus  
 „discussione novitates in medium ad-  
 „ducere: res ipsa quidem in utramque  
 „partem probabiliter disceptari poterit,  
 „ubi vero percrebuerit hanc quæstionem  
 „agitari in Synodo, multorum curiosi-  
 „tas ad altiorem disquisitionem facile  
 „stimulabitur, & cespitandi occasio dari  
 „poterit, cum facile aliquis adduci pos-  
 „set, ut credat, quod Eucharistia sit  
 „necessitatis Sacramentum non minus,  
 „quam baptismus, cum utrumque fun-  
 „datum videatur tam in his Christi  
 „verbis: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua,*  
 „*& Spiritu Sancto, non potest introire*  
 „*in regnum Dei. Quam in illis, nisi car-*  
 „*nem meam manducaveritis, & Sanguinem*  
 „*meum biberitis, non habebitis vitam.* Pot-  
 „ro exceptio parvulorum non sat col-  
 „ligi potest ex Beati Pauli præcepto,  
 „jubentis, ut quisque sese probet, quod  
 „a parvulis fieri non potest: sacra enim  
 „Scriptura pariter præcipit, ut bap-  
 „tismus præcedat professio doctrinæ fi-  
 „dei, hinc etsi ad adultos solos hoc re-  
 „stringendum sit præceptum, & par-  
 „vuli a baptismo minime excludantur,  
 „quamvis fidem addiscere non possint,  
 „sic pariter quis dicere posset, examen,  
 „quod præcedit Eucharistiam, de adul-  
 „tis solummodo accipiendum, parvu-  
 „lis



„lis ab ejus sumptione non exemptis: Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.  
 „concludo igitur, quod usum parvulos  
 „non communicandi approbem, inte-  
 „rim quod concilium de hoc capite,  
 „quamvis id a nemine impugnetur,  
 „disceptationem instituat, id omnino  
 „raturum habere non valeo.

## §. LXII.

*Canones circa communionem sub utra-  
que specie conditi.*

Postquam Theologi mentem suam hac Pallav. n. 12.  
Et c. 7. n. 1.  
Lit. Legat.  
ad Borrom.  
Et Papam  
Et 9. Jun.  
apud Fall.  
 super re aperuerant, quatuor con-  
 debantur Canones, qui in Congrega-  
 tione die vigesimo tertio Junii habita-  
 proponebantur, in quibus anathema  
 dicebatur ei, quicumque dixerit. I. „ex  
 „Dei præcepto sumendam esse Eucha-  
 „ristiam sub utraque Specie. II. Er-  
 „rasse Ecclesiam, in ea laicis prohi-  
 „benda. III. Non tantum accipi sub  
 „una specie, quantum sub utraque,  
 „quia non accipitur totum id, quod  
 „Christus instituit. IV. Necessariam  
 „esse, & ex Divino mandato sumen-  
 „dam Eucharistiam parvulis, antequam  
 „perveniant ad usum rationis.,

Verum Cæsarei, cum circa Calicis  
 usum decisionem fieri exoptarent, po-  
 stulabant, ut Sessio tamdiu differretur,  
 donec omnia probe discussa tandem de-  
 cidi queant: postea palam profiteban-